172

crimina confitetur, qui in hoc titulum suum aestimat quod p(rae)cedit,
reus nulla defendit auctoritas, in facinorosis sacramenta nominis
euanescunt. FINIT EPILOGI

Et hoc sanctissimi cognitores, ita post custodias latronum, alia
labore pectoris allegaui, quasi existerem debitor, ualerem exhibere
quod poscitur. Non considerat spoliata carnibus ossa dominorum
inhumanitate sordentia, et patefacta per carnifices naturae secreta
non respiciet. In corpore meo in lucem quidquid homo est tormenta
protulerunt, et penetralia uiscerum instantia crucibus barbaro, cum
pater mihi dedignaretur, adeo, uulgata sunt, modum transit
atrocitas, quae uel indebitis exigendis non principe loco uires inter,
rogat: tu cum uideas aetatis in me ualitudinem miseriarum fasce
mollitam, cum aeui robur multiplicium calamitatum uarietate
contritum, cum et necessitates senectae habeam et inmundam iuuentu
tis, non a me desistis poscere, quod et hostis remisisset exhausto, tu pacci
pies tributariam functionem, et adhuc me magnitudine nominis
et genio parentis incessis. Cum miserationem quam debes cuicumque
homini, despicias exhibere uel pignori. Superna dispensatio hac in
tentione tuam mercede locupletet, ut rursus prolis tuae funera
uotiua respiciat, et qui grauaris de priuata praesentia desideriorum
summam capias de sepulchris. ~~INNODIUS EMENDAVI MEAM DICTIONEM~~

EPIGRAMMA DE PRINCIPE (quondam) P(RAEFECTO) EBRIOSO, QUI VITE TENEBAT IUVANTE

Uerus honor uitem tribuit, sed munera uitis.
Ieiuno non dant ligna ministerio. ALITER

Ut sceptrum princeps, sic gestat dextera uitem,
utrib(us) et corn(u) et diua corona caput. ALITER

Uitifer hic siccus matrem conplector herilis
uberib(us) pressis, quae mihi uina negat. ALITER

Heu quotiens alludis uitem sine fruge labelli,
Illusit nudo nomine me refouens.

INNODIUS HONORATO PRINCIPI

Terrarum culpis uitium putatur obumbrans.
ebrius esse nequit suina uomens Ligurum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0349